



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CLXII. Mediolanan. fideicommissi. Bona alienata pro ære alieno  
testatoris, & posteà recuperata an reincidant in fideicommissum; Et de  
materia æreis alieni, vel detractionum non percipiendarum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

vel quia fuerit maiorum, vel quia sit conspicua, ita ut  
melior vel aequalis faciliter haberi non possit, vel  
quod testator particularē affectionem in ea ha-  
buerit, tunc recte intrat opinio. Grammat. decis. 93.  
& sequacium, ut heres contra auctoris factum veni-  
re possit ad ipsam rem vendicandam, quamvis  
ob hereditariam qualitatem ad pretii restitu-  
tionem adstrictus permaneat ex deductis per Gabri-  
elius. 125 sub num. 22, lib. 1. Adden ad Buratt. decis. 395.  
num. 6. plenē Rota in Bonon. fideicommissi de Rubis 30.  
Maii 1646. Corrado decis. 363, par. 10, recent. Et in  
alii, quia est propositio vera, rationabilis, & re-  
cepta.

## MEDIOLANEN. FIDEICOMMISSI

*Responsum pro veritate suppressis no-  
minibus.*

Bona alienata pro ære alieno testatoris,  
& postea recognita àn reincidunt in  
fideicommissum; Et de materia æ-  
ris alieni, vel detractionum non per-  
cipiendarum ex bonis particulariter  
alienari prohibitis.

### SUMMARIUM.

- 1 Fæc series.
- 2 Bona fideicommissaria redempta seū alias recu-  
perata per gravatum nomine hereditatis spectant  
ad fideicommissum, quod est debitor pretii.
- 3 Bona semel à fideicommisso extracta, & valde alie-  
nata finguntur in illo non sive.
- 4 Hares gravatus non prohibetur acquirere nomine pro-  
pria bona fideicommissaria alienata, quæ non re-  
incident.
- 5 Fructus percepti per gravatum non imputantur in de-  
bita soluta.
- 6 Amplius, erit testator dicat illa extingui debere  
cum fructibus nisi constet esse percepta ad  
commodum fideicommissi quia alias eesolutivit in  
consilium.
- 7 Prima alienationes sunt valida in causam legitime.
- 8 Bona subjecta fideicommisso particulari, & vel particu-  
lariter prohibita non possunt capi pro detrac-  
tionibus vel ære alieno, nisi in subsidium.
- 9 An ex speciali prohibitione alienationis aliquorum  
bonorum resulteret fideicommissum particolare.
- 10 Declaratur cum distinctione inter reum & acto-  
rem, ac successorem universalem, vel particu-  
larem.
- 11 De alia declaratione.
- 12 Testatore praesciente heredi gravato solutionem  
æris alieni, an hac fieri debeat de proprio.
- 13 Testator potest disponere de bonis heredis, &  
in illis eum gravare, & quomodo id proce-  
dat.

**T**estator, instituto herede nepote ex filio p̄r  
mortuo, fideicommissum ordinavit ad favo-  
rem diversarum personarum, cum stricta  
prohibitione alienationis sub pena caducitatis, ac  
annullationis actus, illam tamen speciale magis  
que enixa adjicendo respectu domus & quorum-  
dam aliorum bonorum stabiliū mandando, quod  
si aliquis reperiatur ex iusta causa eius verus credi-  
tor per heredem satisfiat. Cum autem ob delictum  
dicti heredes bona hereditaria juxta morem à fisco  
apprehensa essent curarunt credidores testatoris, le-  
gitime eorum creditus iustificari, obtinere à judice  
libi adjudicari aliqua ex bonis dictam specificam ali-  
enationis prohibitionem habentibus, quia deinde her-  
es in gratiam restitutus mediante solutione pretii,  
ac retrocessione acquisivit, unde defuncto dicto her-  
ede sine successore fideicommissi capaci, eius heres  
bona predicta tanquam libera distractio in diversos  
contra quos vocati ad fideicommissum iudicium  
vindicationis instituerunt; Atque præsuppositis ad  
ad favorem auctorum, fideicommissi existentia, & per-  
tinencia, suppressis nominibus requisitus sibi, an pro  
auctoris vel reis probabilitus respondendum esset.

R espondi resolutionem pendere ab inspectione  
tituli, sub quo heres gravatus dicta bona creditori-  
bus per judicem in solutum data seu adjudicata qua-  
sivit, an scilicet titulo & nomine hereditario tan-  
quam per viam redemptionis, seu restitutio medi-  
ante solutione debiti, vel potius nomine proprio per  
viam novæ ac voluntariae alienationis, unde dicebant  
questionem videri potius facti quam juris.

Primum enim casu, cum bona redire dicantur ad  
suam primævam causam, coincidenti in fideicom-  
missum, atque pertinent ad vocatos ad illud, quam-  
vis recuperatio seu redemptio facta esset cum pecu-  
nia propria heredes gravati, qui tali casu erit credi-  
tor fideicommissi in quantitate, pro quæ tanquam  
legitima detractione retentionem quoque præten-  
dere potest, sed id non influit ad dominium bono-  
rum omniumque effectuum, qui ejusdem domi-  
ni sequela sunt, ut per Peregrini de fideicommissis art. 42.  
numer. 22. Decian. conf. 8 num. 18. lib. 2. Fusar. qui de  
more alios colligit quas. 629 num. 1 tum sequen. Cœ-  
valer dec. 58 & 70 Roias decis. 101. conferunt quæ in  
simili de bonis antiquis recuperatis habentur magi-  
straliter apud Franch. dec. 39. 61, & 64. Fab. de Ann. confi-  
4 in fine.

E converso atitem in alio casu, oppositum dicen-  
dum est, quoniam bona semel à fideicommisso  
pro ære alieno testatoris validè extracta & alienata,  
finguntur nunquam fusile in hereditate ex deduc-  
tis per Othob. decis. 223. num. 9. cum sequen neque her-  
es gravatus seu alter fideicommissi possessor pro-  
hibetur illa acquirere tanquam tertius ad proprium  
commodum independenter à fideicommisso, in  
quod non reincidunt, quoniam nulla ratio suppetit,  
ut ipse deterioris conditionis esse debeat quocum-  
que extraneo, ut ex Peregrini supra num. 20. & aliis,  
Rota apud Roias dicta decis. 101, quæ est in una Bonon.  
de Clavarinis, & in eadem 30. Maii 1642. & 18. Maii  
1643. coram Dunozetto inter suas dec. 667. & 708. 87  
magis explicitè in Fanen. bonorum 4. Decembbris 1654.  
& 21. Junii 1655. coram Zarata in quibus agitur de  
bonis à fideicommisso extractis pro dotibus con-  
tuendis vel restituendis in vim auth res que, deinde  
que ex donatione facta per ipsas mulieres vel ex a-  
liis titulis reversis ad gravatum, & de qua causa ha-  
beat

betur etiam actum hoc sit vel in altero de dote; Unde propterea dicebam, quod aut recuperatio sequita erat primo modo aut secundo. Si secundo rei convenit et erat in tuto. Et si primo licet non potuerint se tueri jure dominii, bene tamen jure crediti, ac retentiois pro pecunia in dictam redemptionsm erogata, quatenus tamen non provenisset ex aliis effectibus eiusdem hereditatis, sed sive propriis heredis eorum auctoris. Nil obstante quod idem haeres plures fructus ex bonis fideicommissariis perceperet, dictam pecuniam solutam abforbentes ac superantes, quoniam licet plurium opinio fuerit huiusmodi fructus imputandos esse, nihilominus, cessante expresso & clario praecerto testatoris de extinguendis debitis hereditariis cum fructibus, vel de ipsis investiendis ad commodum fideicommissarii, talis opinio estet magis communiter reiecta, ut apud Peregr. art. 35. num. 10. Fusar. quæst. 665 plenè Rota apud Buratt. dec. 509. decis 85. numer 10. cum sequen. p. Merlin. de pignor. & bene dec. 130. numer. 10. p. controversias Contrarii, ubi amplius etiam testator dixisset debita solvi debere cum fructibus, quia id intelligitur per modum consilii ad commodum & favorem heredis, nisi expresse constaret id ordinatum esse per viam praecipti ad commodum potius hereditatis & fideicommissi.

Dicere quoque, reos conventos, quatenus recuperatio facta est primo modo, ac de pecunia hereditaria, ita ut præmissa cessaret, quod adhuc jure dominii possent se tueri adversus actores tanquam in bonis legitime distractis in causam legitimam, quæ alienantibus ex persona eorum auctoris competebat, nisi per actores probaretur de præcedenti consumptione ad communiter notata in Marcellus ff. ad Trebell. plenè adden. ad Gregor. dec. 80. & habetur sapientius in sua materia sub tit. de detrahd. ac etiam hoc sit. Nil obstante, quod testatoris prohibito expresse percuteret etiam causam legitimam, quoniam excepto casu, in quo adhibita esset cautela, quæ vulgo dicitur Socini, de qua plenè apud Orthob. decis 100. & frequenter dicto sit de detractionibus, hujusmodi præcepta, & prohibitions parvipendenda veniunt.

Sola tamen difficultas cadere poterat in eo, quod super ipsis bona particulariter prohibitis, ut potè particulari fideicommissio subjectis, ut ex parte actorum prætendebatur, fieri non potuerit dicta detractione legitima, minique alienatio ex cœla aris alieni, præsertim chirographarii, quale istud videbatur nisi in subsidium, & quatenus alia bona hereditaria non suppetarent ex deductis per Natt. conf. 199. numer. 8. & Surd. decis. 31. numer. 12. & 14. qui per scribentes pro actotoribus allegabantur, quibus addi poterant ceteri collecti per Fusar. quæst. 692. Merlin. de legitima lib. 2. tit. 1. quæst. 10. Rota apud Buratt. decis 793 ubi Adden. & in aliis frequenter.

Ex pluribus tamen objectu solvi videbatur, Primo ex cessante præsupposito fideicommissio particularis, quod habens speciem legati per necessitas exigit diversitatem personatum, qua cessante, ex sola speciali prohibitione alienationis aliquorum bonorum inducitur quedam major affectio ergo illa, non autem fideicommissum particulare, juxta ea, quæ in proposito habentur firmata præterim in Reatina fideicommissi de Clayellinibus dec. 129.

Secundò, quod cu non agatur de ipso herede gravato eiusque successore universali volente impedire fideicommissario immisionem ex causa detractionū seu aris alieni solvi, sed de fideicommissario agente contraria tertium posse fore titulo singulari translativo dominii cum formalis impugnazione actus tanquam

invalidi. Tunc ob præsumptionem pro acto iuristi validitate militante, omnis est auctor præmissorum bonorum existentiam, ex quibus ille committit sequi potuerit, non interfingendo particularis actionem, quam inter auctorem & reum, dum successorem universalem hereditatis gravati, sed ex ea persona excipientem, ac tertium que præsumptio frequens habetur sub tit. de detrahd. ac eius illo de dote ad materiam aut res que super positione subsidiis, & infra in materia legum auctoris.

Et tertio clari, dum non agebar de alieno voluntaria facta per ipsum gravatum, sed per iudicem, pro cuius gestis in dubio mittitur sumptio, quod scilicet rite & recte processus per allegamentum nullitatem vel injunctum in dicto non præsumendum probetur, ita vulgum anima quotidianum, & potissimum si fabri intercederit, in facto supponebatur, adesse scilicet talia hereditaria specialiter non probata, ex optima sensu auctorum dictum ait alienum solvi, illa que posset per eosdem auctores, quoniam auctoritate clara exceptio dolii seu inanis circumstancialis text, in l. vendicantem si de eis & capitulo de reg. iur. in 6.

Prætendebatur per auctores, quod communis in junxit fidei heredi instituto, ut solvere debentur, id faciendum estet de proprio, non auctori domini hereditariis, allegando in id theoreticam, l. prædictam Cod. de fideicommissis ac deducta per dictum text in l. si res obligata est de lege primo de portione ratio q. 72. Rota dec. 143 par. 5. s. omni per Cens. de cens. 979. Verum istud videbatur non improbabile fundatum præmissa frequentioritates omnino extranea videbantur a causis concurrentibus controversiam inter heredem ac legem rei particularis super oneribus, quibus plausibiliter affecta esset. De reliquo autem, licet tellus ob datur disponere de bonis hereditatis, eumque propter bonis propriis saltē ad limites emolumen eius, in quo honoratur ex deductis per Datus. art. 119. & plures habent supra in præcedentibus.

Attamen ista voluntas deberet esse expedita, in dubio non præsumitur Duran, ubi sapientius omni. Quod adeo verum, ut etiam testator dixerit debita solvi debere ex fructibus, expresse conatur obserber id sive per viam præcepti ad commode deicommissi, nam alia præsumitur conditione ipsa.

ROMANA  
FIDEICOMMISSI  
SEV  
SALVIANI DE PACIFICO  
PRO  
PACIFICIS  
CVM  
CREDITORIBUS PETRUCCI.  
Casus decisus per Rotam pro Pacifico  
De valida vel invalida alienatione ho-